I. N. J.

SPECIMEN hoc ACADEMICUM
De

EFFECTIBUS FASCINO NATURALIBUS

Ampliſſ. Facult. Philoſ. aaprobante

Et PRÆSIDENTE
VIRO Max. Reverendo Amplisſimoque Domino
Mag. JOHANNE JOHis THORWÖSTE/
Profeſſore Phyſ. Reg. & Ordin. Facult. Philoſ.
h. t. DECANO.

Publicæ bonorum diſquiſitioni ad diem
8. Decemb. Anno MDCCXXXIII
In Auditorio Academiæ ſuperiori
Horis ante meridiem ſolitis offert;

GABRIEL MAXENIUS
Nylandus,

ABOÆ, Excud. Joh. Kiämpe Reg. Acad. Typ.

NOBILISSIMO Reique militaris CELEBRATISSIMO VIRO,

Dn. HENRICO JOHANNI FIEANDT,

Majori exercitus pedestris Savolaxiensium Strenuissimo.

VIRO SUMME REVERENDO atque AMPLISSIMO

Dn. DANIELI JUSLENIO,

S. S Theol. DOCTORI & PROFESSORI celeberrimo, Consistorii utriusque ASSESSORI Gravissimo, Ecclesiæ Aboensis Fennicæ ANTISTITI longe adcuratissimo.

ADMODUM REVERENDO atq; CLARISSIMO DOMINO

GREGORIO ARCTOPOLITANO,

Pastori Lojoensium meritissimo Vicini Contractus Præposito adcuratissimo.

Plurimum Reverendo atq;

JOHANNI

Pastori in Lappäwirta vigi-

Patronis. Promotoribusq; humili pia & officiosa mente veneran-

Καθαπερ τῶν φυτῶν αἱ ῥίζαι εὐθεῖαι εἰσίν, τὴν ἥλιον τρέπουσαι· ὅταν δὲ ὑπὸ γῆν ὦσιν ἢ ταῖς ἐπιφανείαις σφαίραις πρὸς τὸ λάμψαι δυνάμει τὴν γῆν, ἑτερά τε πάσχουσιν ὅσον ἔμψυχα, καὶ πρὸς τὰ ἄψυχα ταῦτα. ὅτι δ' οὐκ οἶδε τὸ τῶν ἐμφύτων ἀνθρώπων πρὸς εὐσεβεῖαν,

NOBILISSIMO variarumque rerum PERITISSIMO VIRO,

DN. HENRICO TAMMELIN;

Assessori æquissimo & consultissimo:

VIRO MAX. Reverendo atq; CELEBERRIMO

DN. JOHANNI JOHis THORÆÖETÆ/

Scientiæ naturalis PROFESSORI Reg. & Ord. Consistorii Academici Assessori gravissimo, PRÆPOSITO & PASTORI Ecclesiæ quæ Deo in Lundo & Brunckala colligitur, longe meritissimo.

PLURIMUM REVERENDO atq; Doctissimo Domino

JOHANNI SERRENIO

Pastori in Kyrckstät vigilantissimo & Solertissimo.

Doctissimo Domino

KYANDRO,

lantissimo. Solertissimoq.

ais & colendis Prospera quæris & Nestoreos annos voret.

μῆσας ἀληθῶς ἥλιον καλεῖν, τὸ ἔστι πάντων ἑτέρων φώτων ἀπὸ τῆς διαταχθείτων διαφέρειν εἶναι σαν μὴ παρ ἐκείνα μείζονι φωτὶ καὶ θάλψη καὶ θεραπαινὰ ὅτι τὸ σῶμα τὸ φωτὸς πάντων μεγίστη βεβαιοῦ τὴν χάριν ἀληθῆ χάριν καλεῖσθαι πλανᾶται· εἰ μὴ αὐτοῖς βοηθήσῃ, ὃς

μὲν ἡ χρεία μόνον ἐκείνης ἔχῃ, καὶ παρ' αὐτῆς καλῶς λαγχάνει· ἀλλὰ καὶ ἀδιαλείπτως ἀνακαλεῖται αὐτὴν, ἵνα ζῇς τῆς αὐγῆς ἐκείνης σπινθηριδίοις ἄλλως ἄθλοι καταλάμπωσι· τόδε γὰρ τὴν χάριν παραγινομένην δηλοῖ, ὡσπερ ὁ καπνὸς τὸ πῦρ πεφανέν ποιεῖ. ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν· ὅπου ποτὲ χάρις ἡ εὐσεβὴς ἔῃσιν, αὐτόθι καὶ ἐργασίαν ταύτης αἰσθανόμεθα παρεῦσαν· εἰ μόνον τὴν ῥυτὴν αὐτῆς ἐπιτελῶς καταυσεῖμεν, τὴν πεφανερωμένην διὰ τῶν ἀνδρῶν πεπεισθοπράξων, τῶν ἴδιον, τῆς εὐφημίας οἰκειότητα καὶ ἔθραυμα ὑπαρχόντων, ἐν τούτοις γὰρ, ποσῶς ἂν καιρὸς δίδοται, παραχρῆμα ὑπηχολάτη ἀεὶ ἡ ἄρχεται αὐγάζειν, ὥσπερ ὁ ἥλιος μεταξὺ πλαινῶν, καὶ φωτὶ ἀσυμβλήτῳ αὐτῆς πάντας, μάλιστα τοὺς Φιλομαθεῖ διαφωτίζειν. ἐπεὶ ὅτῳ δὴ ἔχει τὰ ὡλυμπιάεται, ἢ μὴ καμοὶ πρόσοδον ἀοίγεσθαι ὧδε τὴν ὑμῶν, ἄνδρες εὐγενεῖς ἐνδεξιότατοί τε καὶ ἄγαν σεβασμίοι, Φιλοφροσύνην τε καὶ ἐλευθεριότητα, ἣν ἐγὼ ἐξαιρετῷ πίστει καὶ εὐτολμίᾳ ἐπικαλῶ· βάλοιθ' ἂν ἡ μόνον τὴν τολμὴν μοι συγχώσειν, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν θρασέως, ὅμως δὲ εὐλαβῶς ὧδε ἔθηκα, ὧν δὲ ἐπιτρέπει καὶ συνηγορία ἀξιαπηγητοτάτη τοῖς ἐγχειρήμασί μου πεπιθήσειν προσίθησιν. ἀλλὰ καὶ ζῦν ἐλευθερίῳ μετώπῳ ἀναλαβεῖν τὴν τῆς ἀμαθέος ἀγχινοίας μου λόγον νεύσει τεχθεῖσα, τὸ δὲ Φωτῶν τῆς παιδείας ἀληθῶς τετυχηκότων ἀσμένως ἐπιβλέπειν ἐπιθυμήσουσα. εἰ λόγων ἐπιλήψομαι περὶ ὧν ὅμως ἡ χρησότης ὑμῶν μοι ἐμὲ ἀμφισβητεῖν ἐπιτρέψατο, ἤδη κατατυχὼν ἐγενήθην· καὶ μηδὲν ἄλλο ὑπολειπόμενον λογίζομαι, τὸ καλ ἐμὲ, ἀλλ' ὑπερμαχῶς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τε καὶ ὑγιείας ὑμῶν τῷ Θεῷ, πάντων, μάλιστα τῶν εὐσεβέων συνηγόρῳ προσκυνήσω, ἵνα θέλῃ ἐν παρηυτυχίᾳ διὰ τυνόματος θείᾳ δοξαν, ἑτέρων ὠφελειάν τε καὶ οἰκοδομὴν πολὺν χρόνον ὑμᾶς περιγινομένους φυλάττειν· ἐν ταύτῃ εὐχῇ διαπαντὸς διαγινήσομαι·

Ὀνομάτων τῶν ὑμετέρων διαβοητοτάτων

ταπεινότατος δοῦλος

Gabriel Maxenius

Nylandus.

Προοίμιον.

COgitanti mihi, quænam Potiſſimum res, ad vires meas Publice experiundas ſubminiſtraret anſam, præ ceteris hæc de effectibus faſcino-naturalibus arriſit materia; quæ non quidem novitate quadam, antiquis tamen coloribus aſperſa, utilitate ſeſe commendat. Quanquam materia diſputationis a me explicata tituli vocabula per ſe notiſſima clarius exponat; unicum tamen illud Faſcinum a Græco βασκάινω ortum eſſe, quivis videt & intelligit, & ſignificare veneficium. Quid enim frequentius per aures hominum præcipue Muſis indulgentium volat, quam diverſæ diverſorum ſententiæ propriaque ipſorum de hujus materiæ genuina ratione judicia? Non paucis totum negotium, nullo facto diſcrimine, malo ſpiritui adſcribere viſum fuit; Aliis rurſum hoc naturæ, illo tamen adjuvante, adjudicare, non

displicuit? Alii denique in totum & solidum naturæ opus esse, quocunque demum nomine veniant tales effectus, modo communem agendi potentiam modumque vulgarem, adhibita maxima industria, humana transcendunt, statuere non ambigunt. Qvare, ut hæ sententiæ inter se concilientur / earumque Patroni in concordiam redeant, placuit hanc rem paulo attentius distinctiusque perpendere. Ante omnia, præmissis quibusdam distinctionibus ad ipsum coeptum directis, e re fore duximus actiones illas, quæ soli malo spiritui attribui possunt, quocunque demum colore pingantur, pallioque tegantur naturæ, probe separari debere ab illis ipsis actionibus, quæ naturam, ut causam primariam agnoscunt. Unde rursum duo actionum genera exoriuntur. Quædam fiunt ex ipsa naturæ ordinatione vel per artem vel absque illa; adeoque nulla mali Suspicione sunt contaminata? Quædam extra eum ordinem, quem natura constituit, adhibita arte quadam malitiosa, adeoque in suspicionem mali incurrunt; natura enim perverse applicata non possunt non effectus ordini ejus contrarii inde provenire. Ultimo loco in cautiones, earumque effectus

fectus admodum frequentes inquiremus. Quidquid itaque a nobis ad præsens hoc opusculum illustrandum proferri poterit, quod sane exiguum arbitror futurum, illud tu Benevole Lector æquibonique consulere haud graveris, meique judicii defectum tuo compensare candore, quod reliqvum, inter nos facile convenier.

§. I.

NOn equidem aliquis inficiabitur, unamquamque tam provinciam, quam nationem sua habere probra, quibus macularum ad instar, aspergi solent: & quo magis hæc latent, eo peticulosiori morbo, quasi per diurnam temporis seriem aggravescente laborant. Talia non pauca novimus, quorum duo accurate inquirenti sese offerunt notatu haud indigna, quæ ab aliquo mentis sanioris homine mite judicium non merentur; unum observationes superstitiosæ, alterum sermones & Rythmi Magiæ vitio suspecti. Utrumque nostro jam ævo per divinam gratiam severiorisque disciplinæ institutionem tanta cepit decrementa ut solum rudera quædam supersint, quæ a quibusdam hominibus maxime iis, qui ad

provectæ ætatis gradum jam pervenerunt, aliquando adhuc exercentur. Hæc duo, quamquam, sui vitii ratione, vinculo quodam inter se sint arctissimo conjuncta, unumque de suis viribus alteri quidpiam largiatur; me tamen magno pere juvabit eadem breviter separare tam ob paginarum angustam faciem, quam ad confusionem in ampla adeo materia evitandam. Adeoque omissa superstitionum quæ passim sese offerunt, colluvie, placuit animo magis nervos suos circa rythmorum considerationem intendere, eorumque vim & efficaciam paulo attentius perlustrare. Quod ut rite fiat, instituaturque coeptum eo commodius, in antecessum cautela est adhibenda, videlicet nos non omnes promiscue, qui passim canuntur, velle intelligere rythmos; Sed eos duntaxat, quibus mediantibus aliis vel prosunt vel obsunt homines; alios vel lædunt vel eisdem medentur; aliosque edunt effectus pene mirabiles, adeo ut ipsa a natura ad effectum alioquin rite producendum destinata vis & efficacia, ne effectum producatur, inhibeatur. Ne videlicet ignis præsente materia vim exerat suam: ferrum ignitum per manus ductum noceat: nec eoqui possit,

quod

quod alioqvin coctioni cedit. Multaque ejusdem generis alia, quorum uberiorem mentionem hic præmittere brevitati magis quam instituto repugnare videtur. Ejuscemodi vero effectus edunt per recitationem eorum rythmorum, quos antiquissima tempora per seriem successivam a majoribus ad posteros detulerunt; quinimo ab ipso Christo illos compositos fuisse nonnulli statuere non verecundantur. Horum autem Rythmorum tanta est copia, ut rarum vel nullum casum exstiturum arbitrer, cui rythmis non occurratur. Qua ex causa accidit, ut pauci tantummodo hisce pagellis includantur. Datur tamen facultas desideranti cuivis eos perlustrandi apud autores ipsos, qui non minimam partem eorum possident. Ad horum itaque aliorumque hisce affinium vim & efficaciam explicandam calamum directuri potissimum est votum ut, qui plura expertus est, ampliora proferat in lucem.

§. II.

Duplex heic occurrit tractationis ratio quatenus eadem adpræsens restringitur coeptum: una moraliter considerata, qvum actio quæpiam vel boni, vel mali, honesti, vel inhonesti in censum

ſum venit; non primario conſideratis cauſis, utrum naturali ordine vel extra eundem completa fuerit, ſed ſufficit tantum ex effectu rem cognoſcere: Altera vero, quando non tantum in moralibus actiones conſiderantur reſpectu graduum, ſed in ſuis potiſſimum cauſis naturalibus, utpote hic fiet, unde rurſum actiones aliam atq; aliam ſibi induunt faciem. Sed qvum adhuc aliquid deſideretur, quo minus coeptum rite inſtitui poſſit; placet mihi differentiam quandam jam promiſſa hic admittere, quæ maxime ad illuſtrandū inſtitutum acit præter eam tractationis rationem quam modo dedimus; eiusque eſſentialia ingreditur: non igitur morabimur quin ad differentiam illam actionum demonſtrandam libenter nos accingamus. Actiones, quas effectus ſeqvuntur peculiares, quos præcipue hic conſiderabimus, quatenus tam a communi quam ſingulari quodam & plane miraculoſo actionum genere diſcernuntur, in tres dividuntur claſſes. Actiones illæ quibus absque cauſa aliqua manifeſta, ſeu abſente ipſa cauſa demonſtrabili; vel quamvis manifeſta, in natura tamen non fundata, effectum ſuis abſolutum numeris producitur, ad claſſem pertinent primam. Ad claſſem vero ſecun-

cundam pertinent illæ, quarum causa, rite instituta applicatione, naturæ inest, quamvis non omnibus sit nota. Ad tertiam denique classem referuntur illæ actiones, quarum causa nec proprie naturæ insita est, nec tamen solum aliunde provenit, sed de utrisque participant, utpote nobis manifestum in rythmis evadet, eorumque tractatione. Actiones, quas in prima ponimus classe omnium nocentissimæ, perniciosissimæ, atrociissimæque merito sunt censendæ, tam ratione causæ efficientis principalis totiusque actionis processus, quam objecti; quippe nefandissimum & maxime abominabile in objecto progignunt effectum. Unde prono jam quasi alveo fluit; quoniam effectum hoc producitur absente causa ministeriali seu instrumentali, quæ ad ipsam rem conficiendam necessario requiritur; nullaque heic naturæ applicatio locum habere potest, harum actionum originem nemini adscribi posse puto, nisi Cacodæmoni, qui assectas sua docet dogmata, modos & rationes pro suo ipsius lubitu, quomodo hæc commodissime fieri queant. Atque hæ actiones peraguntur ab iisdem partim immediate nullis adhibitis mediis demonstrabilibus; partim media-

te

te verbis conceptis, hominum, aliorumque animalium figuris, quibus ab illo, ad quem nocendum sunt expositæ, conspectis, non possunt non male destinatæ utpote & alia hujus furfuris qualiacunque, cousummari; multjsque aliis modis pene innumerabilibus, qui modi non tantum quoad regiones nationesque variantur; Sed etiam respectu individuorum quorumcunque varias sibi induunt species. Atque hi modi posteriores ita mediati sunt statuendi, ut immediati etiam quoad causam ministerialem & objectum videantur, saltim respectu verborum per loca remotissima emissorum. Hæ autem actiones seu nocendi modi ut in se mali & abomniabiles sunt, ita etiam plerumque, ne dicam semper, eum malis affectibus utpote ira, odio, invidia, ultione & vindicta propria, aliisque homine maxime indignis vitiis conjuncti reperiuntur. Quoniam itaque hæ actiones nocendique rationes omnium sunt deterrimæ & nefandissimæ, quæ manifeste magistrum suum produnt, jure optimo veneficii nomine atrociſſimo Scriptura sacra itidem nobis præeunte, Deutr. 18. v. 10, 11. Salutabuntur; adeo ut omnes quæ directe ad hanc primam pertinent class-

ſem eo titulo inſigniantur. Hujus generis quamplurima occurrunt in Lapponia Celeberrimi Schefferi præſertim in Cap. XI. pag. 120. item paginis ſequentibus ejusdem capitis 134. 146. & ſequent.

§. III.

Hiſce nunc dictis nonnulli etiam adjicientur rythmi, qui ad primam hanc claſſem pertinere videntur non quidem directe, ſed indirecte, qui ita ſeſe habent:

Cawee ennein iaroin jaroi
Cawee ennein päästön päästi:
Nin et ſä minua päästä/
Lucjan luomalle laululle/
Ei minuſa mieſtö lienee/
Cuin ei tuoſa weickoiſani/
Joca hiiſiſä aſu
Wuoriſa Walaelo
Sillä houſu lahteiſta
Wuolda toiſta polwen päällä/
Ei tuuli pohjainengan
Hiuſta corwalda cohota
Waſkinen an weckara
Wää weitä hartioiſta

Tamminengan euricka /
Luuta poltwesta porota.

item eodem jure quo antecedentia pertinent hue etiam illa, quæ verno tempore inter emittenda pecora sua in silvas, recitant, quibus recitatis omnem bestiarum insultum aliaque incommoda ab iisdem avertunt.

Nunnoisen linduisen
Käistös caitze carian maita
Paitz paimendein ratoi
Hongas pohjalan emändä
Pane panda pihlajan
Nänän ymbäri nykerä
Cuin ei pihlaja pitäne
Nijn se rautainen rakena
Wähäinen mjnul on onni
Pickuruinen kienetwijk
Ahollen aiettawi
Päältwän päälle pandatwi
Kiwer minun oman
Kallion caunoisen.
Kielämmä kielin coskemasta
Surutoin rupeamasta

En

En mäekiellä kiertämäſt
Engä käymäſt epääck
Jueres tuone jouhitur ſas
Maatawilla wetelee
Portin pohjalan etehen.

Seqvuntur ea quibus terri vel lapidis igniti vis inhibetur ne manus portantis uratur.

Louhi pohjalan Emändä
Tuo rauta ruckaiſens
Äret waſki wantuhunſt
Jonga tungemme tulen
Käſi warſin walkjas
Louhi pohjalan / emändä
Wetyön wetjnen lumme
Cahden pnolen kämmendäni
Tulen tujcki polta-mata
Walkian waraſta mata
En lijcu omin lihoin
Lijcun JEſuxen lyhoilla
En wärſwijk omin wäkin
Wärſwin JEſuxen wäellä
Tulen tuicki polta mata
Walkian waraſta mata &c.

En quam execrabiles res ſub mitioribus, deſi-

tescunt verbis? Imo caput illud nefandissimum, ipsius Salvatoris pretiosissimo nomine, rem perniciosissimam humanamque potentiam longe superantem mitigare non verecundatur. Par ratio reperitur etiam in aliis, rythmorum seu incantationum, quæ huc faciunt, recitatione productis effectibus mirabilibus, quorum mentionem jam supra breviter injecimus: ideoque illis utpote memoratu indignis jam subsistemus.

§. IV.

NEc est, ut ideo harum actionum originem, seu causam primam malo doctori deberi negandum esse existimemus, quamquam interdum etiam bona videantur. Hæc enim bonitas ad captandum lucrum malumq; præcedens excusandum unice destinata est, tantumq; exercetur, quantum seu quam late malum præcedit. Novimus etiam illos qui damna in alios innocentes dirigunt, ipsos vel alios ejusdem farinæ ea iterum avertere & propulsare posse: Et quando pactum, ut ita mihi loqui liceat, faciunt cum malo magistro, impetrantque artem quandam aliis nocendi; eo ipso etiam procul dubio impetrant media, quibus damna

damna in se ipsos ab aliis per similes artes intenta propellere possunt. Hisce deinde mediis utuntur, qvum pretio vel alia quapiam causa conducti ab aliis talia mala averruncant: Quo facto, bonitatem quandam omnino præ se ferunt, Quod facile declarari poterit tympano magico. Quis enim tanta erit ingenii stupiditate, qui tympanum istud magicum malo Spiritui suam debere originem negare ausit, Quod præter totam ejus machinam, actio etiam ipsa evidentissime approbat. Pulsatione enim peracta prostrati, tympano super caput devoluto ita jacent, ut ne minimo quidem signo a mortuis, insueto quodam modo vita decedentibus, ob truculentam faciem, corporisque totius luctuosam, cadaveris instar, mutationem possint discerni. Hoc tempore transacto, quemadmodum illi, quibus hoc optime explorandi contigit occasio, existimant animam eorum corporis domicilio exclusam mali spiritus consortio uti, ita post notitiam ejus rei, propter quam actio hæc instituta erat, sibi comparatam, ad pristinum suum domicilium eam reversuram, illi iidem non dubitant. Licet vero hujus tympani tam machina quam ipsa actio illicita malaque omnino sit; quis ta-

tamen adeo rerum erit neſciens, cui non conſtet eos hac actione etiam poſſe exercere bona. Similis ratio etiam in aliis artibus reperitur, ubi natura nullam videtur habere vim operandi nec revera habet. Verum itaque manet harum actionum quæ directe ad hanc claſſem pertinent, cauſam & originem Polymagiſtro eſſe adſcribendam.

§. V.

SEquitur jam alterum actionum genus a communibus actionibus diverſum, cujus origo naturæ debetur. Eſt enim harum actionum ratio mitior antecedentibus, & certo reſpectu deterior ſubſequentibus; quare etiam effectus per haſce actiones editi a pleriſque ob originem incognitam veneficia non raro appellantur; quippe quorum cauſas natura ita recondidit, ut difficillima ratione erui poſſint; idque paucisſimis tantum contingit, prout cuique facultas excogitandi explorandique vires naturæ, data eſt. Qvum tamen veneficia, ut ſupra innuimus, quatenus nempe ſtricte ſumto vocabulo intelliguntur, ab hiſce maxime diſcrepent; Hæcque potius mirabilia naturæ vocari debeut, quippe origo & cauſa naturæ

ſpecie-

ſpeciebus ineſt: diſpoſitione autem quam maxime congrua facta non poſſunt non effectus provenire ordini naturæ reſpondentes. Hæc vis in unaquaque rerum reperitur, ſive ſit animata ſive inanimata, rationalis ſive irrationalis, adeoque non tantum præſentia ſibi congrua objecta movet ad ſui ſimilitudinem vel diſſimilitudinem; verum etiam abſentia; quod tamen ita intelligendum eſt, ut, ſi res ſit animata, in objecta antea per ideam ſibi impreſſa, quorum adhuc veſtigia ſuperſunt, agat; ignoti namque nulla cupido, unde inclinatio quædam proveniſſe præſumitur, quæ ſi diuturnior fuerit cauſasque invenerit movientes, potius dicenda eſt conſvetudo, adeoque bene diſtinguenda ab iis viribus quæ etiam extra conſvetudinem effectus producunt, neceſſitatemque objectis ſibi convenientibus imponunt, utpote in illis, de quibus nobis jam ſermo eſt, manifeſtum evadit. Harum autem virium neceſſitas aliter animalibus ratione carentibus, aliter vero rationem poſſidentibus imprimitur; illis quippe maiorem immo inevitabilem ſervandi vel reſiſtendi, fugiendi vel obediendi, gaudendi vel iraſcendi vim incutit, qvam hominibus, qui rationem mentemque habentes aliis me-

diis

dus adhibitis vim eam & neceſſitatem aut minuentibus aut prorſus tollentibus ſuperare tibi valeat, unde etiam homo a Philoſophis vocari ſuevit naturæ finis, non tam quoad formæ externæ, quam poſſidet, excellentiam, quam potius virium mente adjuvante & dirigente præſtantiam. Hæ vires naturales, quando objectum ſibi convenientem habent duplici potiſſimum modo circa effectum producendum occupantur: primo clandeſtino quodam modo ſe in animantis ſanguinem probe applicatæ transmittunt: deinde ſenſibus mediantibus aliquid mutationis ſanguini animantis inferunt, adeoque alterationem quandam ſuæ operationi congruam cauſantur. Quæ alteratio nunc vehementior, nunc remiſſior eſſe deprehenditur, prout vis intenſior vel remiſſior erat ad operandum, vel ſanguis fervidior vel remiſſior ad recipiendam operationem. Cujus diverſitatis ratio vel ex inde diſpaleſcit, quod Philtrum adoleſcenti deſtinatum non reſpondeat naturæ ſenis. Et ſicut extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, haſce vires naturales neceſſariam quandam operationem ſuæ naturæ convenientem producere; ita etiam nemo facile negabit eas ſola interdum

animi magnitudine divinoque auxilio ut jam jam dictum ſuperari poſſe; Sed hiſce omiſſis ſuam exercent efficaciam, quoniam hominis imbecillitas iisdem non reſiſtere poteſt, ſed potius ſuccumbere cogitur.

§. VI.

ILla quæ in antecedentibus innuimus, nimirum quatenus ſecundam hanc actionum reſpiciunt claſſem, veteres philoſophi voluerunt indigitare per qualitates, quas occultas vocarunt; item per ſympaham & antipathiam quandam naturalem, nullo admiſſo diſcrimine, utrum hæ qualitates occultæ ordinarium vel extraordinarium progignunt effectum, vel an ſympathia & antipathia hæc ſit a natura ad objectum aliquod certum deſtinata, vel an iſta vis & potentia aliunde proveniat. Ut hoc eo clarius evadat, intrepide ſtatuimus harum rationem formalem conſiſtere in ſimilitudine vel diſſimilitudine rerum, quæ omnib⁹ ferme rebus ineſſe deprehenditur, cum unum alterum aut diligit aut odit, aut cupit aut averſatur illud, ſeipſo etiam maxime interdum reluctante, inclinationeque quadam ſe ad hoc amplexandum vel fugiendum cogente, prout ſui ipſius & objecti natura inter ſe vel convenit,

vel non convenit: de qua re Catullus sic; *non amo te volusi, nec possum dicere quare; hoc tantum dicere possum, non amo te. Item Medea apud ovid: sed trahit invitam nova vis aliúdque cupido, mens aliud suadet: video meliora proboque, deteriora sequor.* Item, cur lacerta animal homini natura est amicum? quia maxima inter eos intercedit naturæ similitudo, quæ quo major fuerit, eo fervidior erit etiam amicitia. Cur leo contra ad cantum galli expavescit, Elephantus odit murem, & a pabulo in quo eum conspexit abhorret; mugil & lupus piscis mutuo flagrant odio? idem etiam evenit in ovibus, & lupis, canibus felibusque, aquilis, gallis, gallinis earumque pullis, item columbis milvis, inter quos tanta intercedit inimicitia pugnaq; naturalis ut ea ne assuefactione quidem diminui, multo minus aboleri queat. quare non immerito Poëta de iis hunc in modum cecinit:

Terretur minimo pennæ stridore columba,
Unquibus accipiter saucia facta tuis.
Nec procul a stabulis audet discedere sicua
Excussa est avidi dentibus agna lupi. cur hoc? quia naturæ inter se deprehendunt dissimilitudinem

quæ

quæ repugnantiam inimicitiamque facile excitat. Quoniam talis vis occulta ex unius cujusque naturæ constitutione temperamentoque, absque ulla adhibita causa externa necessario profluit, nec in mali censum semper vocari debet; ideo nec nos de ea ulterius solliciti erimus. Aſt alia est ratio cum illis habenda, quæ adhibita arte quadam malitiosa alioque medio interveniente sympathiam vel antipathiam quandam, aliasque animi passiones ob similem vel dissimilem rei naturam cum objecto progignunt; quæ non tam ex naturæ destinatione ordineque producuntur, quam commixtione quadam rerum, extra quam commixtionem tales effectus nunquam provenissent. In hanc perversam naturæ applicationem quadrare videtur etiam hoc, cujusdam certa experientia comprobatum: Si aquilæ cerebrum pulverisetur & cum succo sicutæ misceatur, comedentes statim se capiant per capillos neque se demittent. Hujus autem effectus ratio est, quia cerebrum illud ut calidissimum, ita fervidissimam etiam generat virtutem Phantasticam obturando meatus per fumum. Multaque immo innumera alia, quæ hic brevitatis studio prætermimus. Sicut itaque horum peni-

tior observatio, exercitiumque paulo intentius non adeo multum distat a primo actionum genere saltem quoad effectus, ita etiam absque discrimine quodam minime fas est, ea cum illis confundere, nec penitus ex illarum consortio eximere; quippe quæ non tam ab ipsius naturæ, ejusque opificis destinatione recta proveniunt, quam ejusdem transversa applicatione, quæ applicatio ad eos usus, quos natura in sua ordinaria operatione alioquin nescivit, instituta est, non potest non effectum ob similitudinem vel dissimilitudinem cum objecto, promte sequi.

§. VII.

PRæmissis itaque hisce duobus actionum generibus instituetur jam tractatio earum, quæ ad tertiam seu ultimam pertinent classem. Quæ quanto teteriores primæ sunt secundis, tanto mitiores secundis censentur, quoad operandi modum effectuumque qualitatem. Classis hæcce non includit actiones commotionesque absentes ut prima; nec ex causis naturalibus quatenus in hac nostra consideratione, natura effectum suum producit, dependent, quæ ad secundam: Sed quæ insueto quodam modo fiunt, adeoque præsentiam agendi requirunt h: e: ut causa objecto sit

præ-

præſens, quemadmodum in rythmis, qui huc faciunt, fieri conſpicitur; quorum nudam recitationem effectum a recitante intentum ſequitur, utpote in hoc allegato.

Coiwu caſwoi connan ſuul
Tammi jordanin joella.
Etzittin caet-jata.
Caatajata raatajata.
Tammen ſuuren tappajata.
Mies muſta mereſtä nouſi
Uros alloſta yłöni
Colmen ſormen korkeus
Piſtien peucalon pituus.
Tuo kärſy käſin ructae
Ajkö mitta muſtin mies
Carallen carauttuan
Hubmarillen noſtua
Keſkellä kipu mäke
Kipu wuoren cuckulalle
Kipu harjun karticile
Pieniſellä kattilalla
Ybden jormen mendätwälle
Peucalon mahuttamalle
Kuldon cauhainen kädes

Kipuja cocoelle
Cunnecka panen pahoſt
Tuonne tungen turmioit
Hiki ſyöpän ſyſä
Rutian coſkehen cowan
Hautoin ſuuren hartioille
Lohen pyrſtän punaiſen
Tuol on muutkin murha miehet.
Miehen ſyöpän kylän
Lapin mahan laukeaſen
Pohjan pitkähän perän.

Hiſce prædictis verbis occurritur vulneri ex betula inflicto.

Seqvuntur jam illi, quibus ad convulſiones quaslibet ſedandas utuntur.

Neytzy Maria Emoinen
Puhdas äiti armollinen
Käy pian wäleen joudu
Wälemin tarwitatet
Rekenildä ripaiſo
Wehiläinen ilman lindu.
Lähde tuone cunga käſken
Yhön taiwaiſen ohdexen
Taiwas puolen kymmenettä

Tuop-

Tuoppa tuolda wolteita
Simoa sulan nänäs
Lämmytä mesinen sauna
Rickomasta ristittyä
Saatamasta eastettua.
Rico ristimättömi/
Saada eastamattomi.
Ettäs ennein päästit päiwän
Päästit päiwän cuin kehotit:
Ja mixet minua päästäe
Tule päästö päästämän.
Tule jaxo jaxaman
Tule punos purcamahan.
Kiputyttö tuone neytzy
Kiwutar kauhia emändä
Käskellä kipumäke/
Culda cauhainen kädes/
Pienoiselle kattilalle
Yhden sormen menewälle
Peucalou mahuttawalle
Jumala caickiwaldias
Jot on ennein Judas juopun
Petti nuolet perkelen
Yhdesta alastomasta

Emoins

Emoin tuomma ruumis
Kollá taitaisi Jumala/
Tulla pääſtön pääſtämän
Cuin má nillen rupeam
Tommeramme toiſelle
Niin on cumma cauluſvan
Vannes on tämän parahaist.

Ex hiſce oritur quæſtio; an verba in rythmos comprehenſa, tantam vim virtutemque habeant ex ſe ſuaque natura efficiendi, ut ea effectus vocabulis connotati immediate comitentur. Effectum vero rythmos recitatos conſequi in aprico eſt, Jam autem nobis perſvadebimus; quod ſi effectus ſeqvuntur, cauſa antecedat neceſſum eſt. Propior autem via ad quærendam cauſam heic vix inveniri poteſt, quam ut ſtatuamus conceptus rythmis incluſos ipſam cauſam conſtituere. Neque aliter fieri facile poterit, ſi ordo cauſarum effectuumq; illas ſequentium rite obſervetur; quippe qvum cauſatum illud cauſam agnoſcat, quod immediate ſe antecedit, ſine quo effectum nunquam exſtitiſſet; quis propiorem cauſam ad hos effectus producendos unquam inveſtigare poterit quam rythmos qui immediate in producendo effectu obſer-

ſervantibus ſeſe pro cauſis venditant. Aſt re exquiſitiore mentis lance expenſa, non hac via ſemper nec unquam ad effectus producendos contendendum. Nam ſi effectuum cauſa ſolum in rythmis ſita eſſet & non in aliis circumſtantiis: nulla tunc daretur perſonæ recitantis differentia; Et quilibet verborum recitatione intentum effectum valide producere poſſet. Hiſce in anteceſſum poſitis, hujus rei nodoſæ ſolutionem intimius inveſtigaturi, ante omnia id commodiſſime fieri poſſe exiſtimamus, conſiderando partim hominum, in quibusdam præcipue nationibus, animi indolem pronam admodum facilemque ad credendum, ubi ſibi quaſi relicti veritatem talibus artibus adſcribere non ambigunt; partim ob confidentiam quam ex harum actionum felici eventu concipiunt certiſſimam. Hiſce itaque per tempotis non minimam ſeriem in conſuetudinem abeuntibus, non poſſunt non illis validiſſima certiſſimaque fieri.

§. VIII.

ALiquando non parum circumſtantiis tribuendum, agentis nimirum ſeu recitantis geſtibus ad effectum producendum compoſitis; ſubjectique recipientis inclinationi. Eo enim tempore quo

quempiam ſanant ejusdemque vulnera vel ligant vel ſolvunt, inſvetos horridosque ſibi geſtus fingunt: nimirum fremitum oris, mugitumque plane inſolitum, quaſſationem corporis, oculorum trucem aſpectum; additis etiam aliis momentis, quæ ad demonſtrandam gravitatem, & artem quandam fiduciam vel timorem alus incutiendum pertinent, ita ut eos vel iræ cujusdam peculiaris fervore, vel ſpiritu quodam ſingulari agi, ne dicam dementes eſſe putares. Ejusmodi vero geſticulationes agitant, quando ſtuporem contra vim quandam majorem membris ſuis adferunt, immo in omnibus actionibus, quas effectus poſt recitationem rythmorum ſequitur. Unde accidit, ut hominum audientium ſanguis non poſſit non alterationem quandam ſubire, præcipue quum præſupponatur eorum, ut jam dictum, nimia pronaque ad eas res credulitas, inclinatioque quædam naturalis. Quod etiam exinde manifeſtum evadet, ſi inſuper attendamus, quomodo Muſici, teſtvæ artis cantores; item oratores, aliique perſvaſores, admonitores & dehortatores nos permovent, delectant, gaudiumque adferunt: Et contra triſtes, iracundi, moroſi & ejusdem generis alii, quanta nos triſtitia, dolore & mœrore afficiunt. Quæ o-

mnia

mnia ex alteratione ſanguinis ad mutationem facile recipiendam ultro provenire credibile eſt, & tantum relinqvunt effectus, quanta vi agens ad operandum, patiens vero ad recipiendum inſtructus erat. Nec hoc loco prætereundum exiſtimo inferere quidpiam de vi imaginativa, qua permulti varias, vel per aliorum nugaces ſuggeſtiones vel etiam extra eas, vel per alias quasvis cauſas modosque ſibi contrahunt paſſiones, immo morbos quos libet. Quantum itaque doloris vel alius cujusdam perturbationis in patiente debili imaginandi vis creare apta eſt, tantundem eandem vim imaginativam ſortis avertere poteſt. Quod etiam, rite ad propoſitum noſtrum accommodatum, non parum illuſtrationis ei adferre exiſtimo. Quanquam intrepide pronunciaverimus harum actionum vim circumſtantiis præſertim illis quas modo innuimus, adſcribi debere, aliquid tamen verbis quoque erit tribuendum: Siquidem verba de aliis etiam rebus quibuscunque bene ordinata vim quandam ad objectum movendum peculiari modo habere cenſentur, eoque vehementiorem, quo efficaciora ſunt verba. Quod [illegible] de hiſce tanto majori jure nobis ſtatuendum [illegible]eor, quanto manifeſtius Rythmi hi produnt [illegible]nem ſuam poſſe adſcribi tam authori

chori, qvam circumſtantiis non bonis, quod tamen intellectum cupimus magis de iis rythmis qui ad primam claſſem pertinent; quorum ignari ſumus, quam de his, qui tertiæ ſunt claſſis, ubi paulo mirior judicandi datur aura, ſaltim [illegible] ad gradus, quanquam & hi ſuſpicione non vacant. Hæc itaque tria actionum genera eo pertractavimus animo, ut omnia, quæ circa ea occurrere potuerunt, in vivum reſecare non valuerimus; partim ob ingenii teneras & nunquam in ſcenam productas vires, partim ob facultatum nimiam anguſtiam, quibus cauſis urgentibus parere omnino cogebamur. Proinde ita delineandas illas ſuſcepimus, ut materiæ evidentia, earumque actionum exercitium legenti conſtaret; reliqva magis experto & capaciori commendamus ingenio.

SOLI DEO GLORIA.